

NATALIS CO- MITIS MYTHOLO- GIÆ, SIVE EXPLI-

cationum fabularum,
Libri decem:

12
21292

*In quibus omnia propè Naturalis & Moralis
Philosophiæ dogmata contenta fuisse
demonstratur.*

Nuper ab ipso autore recogniti & locupletati.


EIVSDEM LIBRI QVATVOR DE VENATIONE.

Cum Indice triplici: rerum memorabilium, urbium & loco-
rum à variis heroibus denominatorum, ac plan-
tarum & animalium singulis Diis
dicatorum.

Opus cuiusvis facultatis studiosis perutile ac propè necessarium.

J. Fernando

Morcos



FRANCOFVRTI
Apud Andream Wechelum,
M. D. LXXXI.

J. Fran. de Ciudad

ILLVSTRISSI-
MO ATQVE REVEREN-
DISSIMO DOMINO IOAN.
Baptistæ Campeggio Maio-
ricensi Episcopo
S. P.

DICAVERAM libros hos
Mythologicos Serenissimo Gallorum
Regi Carolo Nono fel. mem. tanquã
manus non planè regia celsitudine
indignum, ut in quibus omnia sapi-
entia precepta contineantur tam ad mores, quam ad
naturam huiusce uniuersi spectantia. Sed bellici tu-
multus de religione in uniuersa propè Gallia insur-
gentes ita illum Regem vexarunt dum imprimeren-
tur, ut ad quiduis potius, quam ad literarum cogni-
tionem oculos detorquere liceret. Inde effectum est,
ut neque tunc missi sint ad Regem, ut importunè in-
ter arma ubique obstrepentia; neque postea, ut res
iam inneterata, & in manibus omnium diu versata.
At nunc mortuo illo Rege cum multis rebus aucti
locupletatique denuo prodeant in lucem, vel ut anti-
quorum institutum seruem, qui sua opera viris illu-
strioribus sua tempestatis, præstantioribusque gloria,
virtute, auctoritate consecrarunt; vel ut per hanc op-
portunitatem in gratiam amplitudinis tua admitter-
ret, volui tibi opt. Ioan. Baptistæ Campeggi hæc My-



NATALIS CO- MITIS MYTHO- LOGIÆ,

LIBER PRIMVS.

Quod sit totius operis argumentum. CAP. I.



VM tantam esse perspicio cognitionis antiquarum fabularum vtilitatē Illustris, atque optime Ioan. Baptista Campeggi, quas poetæ veteresq; sapientes suis scriptis inseruerunt; quantā nullo orationis genere cōplecti possem; admirabile quiddam profectò mihi videri solet, cur nullus ex antiquis scriptoribus ad hanc vsq; diem vniuersam insignium fabularum explicationem susceperit. Atq; id eò magis, quòd vniuersa philosophiæ præcepta sub his ipsis fabulis antiquitus continebantur: quippe cum non ita multis annis ante Aristotelis, & Platonis, & cæterorum philosophorum tempora, omnia philosophiæ dogmata non aperte, sed obscure sub quibusdam integumentis traderētur. Græci enim cum occultam philosophandi rationem ab Ægyptiis in patriam adduxissent, ne res admirabiles in vulgus ederentur, quòd illis malè perceptis ab religione & ab omni probitate plerumque id facile desciscat; & ipsi per fabulas philosophari clam cœperunt. Deinde cum sequentibus temporibus res fuisset denudata, omnisque recta philosophandi ratio ex his in lucem educta, pauci fabulas, antiquum philosophiæ domicilium, vt ita dicam, respexerunt: easque modò vanam theologiam stultorum hominum, modò aniles nugas, futiliaq; mendacium poëtarum figmenta

FRANCOFVRTI
EXCVDEBAT ANDR.
WEHELVS, ANNO SA-
LVTIꝯ M. D. LXXXI.

